Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

est. In rebus aut certis bene agendi tarditas remouetur ate.
Tolle moras. in crastinum nihil differas. In bonis dilatio nocet. in
his quod expedit differre inpedit. Absit in bonis remissa segnities.
absit neglegentia torpens. Vitium pigritie procul sit. uitia cito
capiant inertes. Per torporem enim uires & ingenium defluit. Ne
glegentia & torpor dissoluunt animum. Desidia natura corrumpitur.
Desidia refrigescit ingenium. Torpor enim exsuperat mentem uel sen
sum. Hebitudo scientie lumen extinguit. Solertia autem meliorem red
dit. Peiorem facit neglegentia. sensum desidia obtundit. Segnitiem
industria acuit. Ardentior fit ingenium. sub iuncto studio. tar
dioa ingenia. studiis acuantur. Torpore nature industria excitat.
Sensus tarditate assiduitas acuit. Exercitatione proficit sensus
experientia plus sciat. Sepe ex consuetudine natura effec
ta est. Assiduitas enim mores facit. Iugis usus in naturam se uer
tit. Omnia usui cedunt. usui omnia parent. Res ita se agit ut usus erit.
quod cum difficultate ceperis. pusum cum uoluntate perficies.

De Sapientia et Ignorantia.

Nihil sapientia melius. nihil prudentia dulcius. nihil scientia suauius. nih
il stultitia peius. excellentior fit natura doctrina; nihil insipientia
deterius. Nihil ignauia turpius. Ignorantia mater errorum est. Igno
rantia uitiorum nutrix est. Peccatum magis per ignorantiam pualet.
Per inperitiam nam; multi peccant. Indoctus enim facile deprimitur. Stul
tus in uitia cito delabitur. Prudens autem cito deprehendit insidias.
Prudens celerius errores agnoscit. Noxia non uitamus. nisi per sapien
tiam. Sapiens omnia prudenter examinat. Inter bonum & malum
sapiens intellegendo diiudicat. Summum bonum est. scire quod caueas.
Summa miseria nescire quod tentas. Diligite igitur sapientiam & ma
nifestabitur tibi. Accede ad illam & ad propinquabit ad te. assiduus
esto illi & instruet te.

De Doctrina.

Disce quod nesis. ne doctor inutilis inuenaris. Ante esto
auditor. postea doctor. Discendi & docendi. non contem
nas studium. Scientiam quam aure concepis. ore effunde. Sapi
entiam cum ceteris inperitis. tibi magis hanc auges. Doctrina